deflere; Morum operum que maculas lacrimis tergite. A
memus iam redemptoris nostri uestigia. quae peccando contemp
simus. Ecce ut diximus ad recipiendos nos superne pietatis sinus a
peritur. nec maculosa in nobis uita contemnitur. Pro hoc quod
inquinationem nostram perhorrescimus internae iam mundiciae con
cordamus. Reuertentes nos ad dominum clementer amplectitur,
Quia peccatorum uita ei esse indigna iam non potest quae fleti
bus lauatur. In Christo ihesu domino nostro. Amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM LUCAM.

IN illo tempore accesserunt ad ihesum publicani et peccatores ut audi
rent illum, et murmurabant pharisaei et scribae dicentes. quia
hic peccatores recipit et manducat cum illis; Et ait ad illos pa
rabolam istam dicens. quis ex uobis homo qui habet centum o
ues. et si perdiderit unam ex illas nonne dimittit nonaginta no
uem in deserto. et uadit ad illam quae perierat donec inueniet
illam. Et cum inuenerit eam. inponit in humeros suos gaudens et
ueniens domum conuocat amicos et uicinos dicens illis. Congra
tulamini mihi quia inueni ouem meam quae perierat; Dico uobis
quod ita gaudium erit in caelo super unum peccatorem paenitentiam
agentem quam super nonaginta nouem iustos. qui non indigent
paenitentiam. Aut quae mulier habens dragmas decem. si per
diderit dragmam unam. nonne accendit lucernam et euertit
domum. et quaerit diligenter donec inueniat. Et cum inuene
rit conuocat amicas et uicinas dicens; Congratulamini mi
hi quia inueni dragmam quam perdideram. Ita dico uobis quod
ita gaudium erit coram angelis dei super unum peccatorem pae
nitentiam agentem.

OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BA
SILICA SANCTORUM IOHANNIS ET PAULI;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0106